

Ambob9 ergo cedentibus pluritati sermonū medea a
iasone petita licentia rege patre etiā salutato ⁊ bercu
le multis associata comitib9 ī ppriā camerā se rōuxie
De medea instruēte iasonez de aurei velleris certa
mine ⁊ de medelis ad pugnā faciendā cū bobus ⁊ dra
cone operandis.

Nam diei mediū sol post terga reliquerat ⁊ suoz
flexis habenis equorū ad partes iā vergebat oc
casum euz medea sola psistens in aula que dixerat ia
soni ⁊ que responsa fuerūt per euz multa inter se cogi
tatione reuoluit. et dū dōicta inter se diligenter exa
minat dilatato gaudio sed mixto desiderio inualente
gaudiu9 eius obducitur dū inuidēda noctis hora pre
multa cupiditate feruescit. Quare utpote feruoris im
paties dū desiderio fluctuat ābeloso internis metū
aspectib9 cursuz solis. Tāta enim auditate torquet
in solis occasum qđ illud diei residuu9 quod erat me
diū inter lucem et tenebras sibi pro certissimo visum
fuit tractuz duoz habuisse diez. Sed eo vergente de
mū ad vespervas sub emisperio fact9 occiduus certas
noctis rōuxie tenebras dū inter aspectus humanos et
ipsuz solem se interposuit umbra terre. Insurgēte er
go illi9 noctis crepusculo multa varietate subuertit
fluctuans animus in medea qui iam ereptus a notā
do singulos gradus solis donec occideret et sollicitu
dine grauiori notat ⁊ appetit lapsus noctis et sic per
consequens ortum lune cum nōcte illa contra primi
somni borā eleuatura ēēt ab ortu ⁊ sic ei9 noctis ab
existētib9 ī palacio cōsumata vigilia dormitois siguli

quietē appetere per quā sui voti desiderata libertas
plena pateret eidē. Sed o q̄ desideranti animo lōgum
quod breue videt̄ cui nichil satis festinat̄ ad votū.
Quātis enī torquetur cruciatib⁹ anxius tūc medea cū
sentit patris famulos ī palacio longa vigilia noctez e
ludere ⁊ in vigilantib⁹ signa cadencia sompnos nul
latenus suadere. **L**onge igitur expectationis velut im
paciens nunc huc nūc illuc fertur per cameraꝝ inque
ta nunc ad eius se dirigit hostiū exploratura si for
te vigilantes ineant de dormitione tractatū. **N**unc o
uerfas valuas aperit fenestraz īspectura p̄ illas quā
tus affluxerit de ea nocte decurs⁹. **S**ed tādiu talibus
vexatur angustiis donec gallorū cātus dormitionis
preco vndiq; inualefcit ad quorū monitus vigilātes
instantem quietem appetunt dormiendi. **R**ecubāte igitur
vniuersa regis familia ⁊ sub quietis noctis tacito
circūquaq; diffuso silentio medea exbilarata nō modi
cuz quādam anuz sibi domesticam ⁊ nimis astucā ad
iasonē caute mittit quam vt presensit iason subito sur
git a thalamo ⁊ anu comite lentis incessibus per ob
scura palaciū gradiens medee peruenit ad aulā. **I**n cu
ius introitu astante medea iason affectuosus verbis
salutis pandit oraculum in ingressu. **A**c igitur simili
responso reddito per medeam gratabundus valuas
intrauit. **C**onfestim igitur secessit anus iasonē et me
dea solis in camera derelictis et firmatis aule ianu
is per medeam iuxta stratum mirabili apparatu cri
clinium iason medea dictante confedit. **A**percis igitur
thesauris suis quandam imaginem auream consecra
tā in nomine summi iouis vt

gētiliū erat moris medea eduxit ⁊ ea ostensa iasoni
in multo lumine ardētium cereorū quibus tota came
ra fulgore maximo prelucebat hīs verbis allocuta ē
dicens **P**eto a te iason super hanc imaginē summi io
uis sacramētū a te mihi fidele prestari ut cū me to
tam tue voluntatis exponā arbitrio ⁊ impletura sū
omnia que tibi p̄misi itemerate fidei puritate ⁊ mihi
perpetuo seruaturū puro corde iurabis diuini ⁊ hu
mani iuris ab hac hora me in tuā cōsortem accipies
⁊ ut nullo tēpē vite tue me deserere aliqua machinati
one presumes. **N**o quod iason deuoto vultu se offe
rens ⁊ imagine corporaliter manu tacta medee serua
re singula ⁊ implere predicta iurauit. **S**ed o deceptiua
viri fallacia. **D**ic iason quid tibi medea demū fecisse
plus potuit. **S**ue sui decoris ōni honore postposito
tibi suū corp⁹ ⁊ spiritū vnamiter tradidit soli p̄
missionis tue potius lapsa fide nō attendēs sue nobi
litatis insignia nec sue magnalia regie dignitatis ad
uertēs cū tui amoris causa seipsā hereditario sceptro
priuauerit ⁊ senē patrē irreuerēda reliquerit thesauri
sui cumulo spoliatū ⁊ paternas sedes deserēs propter
te elegit exiliū p̄ponēdo natalis soli dulcedini p̄uin
ctas alienas. **N**ōne te ipsū a mortis iteritu saluauit
icolumē ⁊ perpetui vituperii labe detraxit qui saltez si
sospes a casu discriminis euassisses aureo vellere non
quesito redire thesaliam pre pudoris angustia auda
cia tibi secuta non erat. **D**estituit enim seipsam a suis
⁊ te restituit tibi ⁊ tuis. **S**uo ergo pudore depulso iu
ramenti tui fedus eludere presumpsisti ut

ingratiitudinis labe pollutus credentem deceiveris virgi-
nem ea laribus paternis abstracta et deorum timore
postposito quos elegisti purando contemnere ei fidem
fallere veritus non fuisti a qua tanti boni magnalia te
certum est suscepisse Sane te inuerecundum demum dece-
pisse medeam narrat historia Sed hoc processit ex tua
deceptione flagitium ut eiusdem historie series non ob-
mittit quod in tui penam piurum et in odium fidei rupte
tue disingere videris vitam tuam turpi casu diceris finivisse
de qua hic plura ad presens referri obmittit pro eo
quod presentis tractatus materiam non contingit Sed
tu medea que tantarum scientiarum diceris illustratione de-
corata dic quid tibi profuit noticia legis astrorum per
quam dicitur futura posse presciri? Si prescientia futurorum
viget in illis Unde tibi tam enormiter tam impie pro-
disti. Forte dixeris te multum bachatam amore futuri
viri tui mala dependentia in astrologorum legibus per negligē-
tiam omisisse Sed certum est astronomie iudicia super in-
incerto firmata de quo manifestum exemplum potenter
et patenter in te elicitur que tibi providere per ea nul-
latenus potuisti Hec sunt enim illa incerta que faciles ad
credendum pro certo decipiunt et apto convolvunt falsitatis
errore In quibus nullus deprehendit futurorum effectum nisi
a casu forte contingat cum solius dei sit in cuius manu
sunt posita scire tempora et temporum momenta Buid ultra
Recepta medea iasone periurabili iuramenta am-
bo ingrediunt thalamum incredibili venustate decorum
reiectisque vestibus et existentibus ambobus nudis vir-
ginitatis castra iasone aperit in medea Sicque tota nocte il-
la desumpta in locum dis solatiis voluptatis medea licet sui

voti satisfactionē impleuerit per viriles amplexus
actus venercos optatos a iasone propterea non eua
nuit scintilla cupidinis in eadem immo per expertos
actus postea grauiora concepit incendia q̃ ante faci
nus cōmissum **H**ic est ille gustus tāta seducens ame
nitate miseros amatores qui cuz ab eis plus recipi
tur magis appetit quē odire nō potest stomachus sa
turat⁹ cū cordis auaritia et cupiditas voluptatis
continuum in eo duz eius feruet dulcis anxietas nutri
at appetitum **T**am illius noctis igitur aurore vicine
sidus illuxerat matutinū cuz medee is verbis locutus
est iason **H**ora ē dulcis domina nos a lecto debere o
surgere ne forte nos repente interceptat lux diei **S**ed
ignoro carissima si de meo negotio disposuisti aliq̃o
facturuz aut si p te inde aliquid ē ordinatuz rogo de
uote ut tui secreti cōsiliū mibi seras apias ut per te in
structus hoc exequar **N**am in educēda te ab hac insu
la in qua es ⁊ deducēda te in meā patriā in qua pos
sum ōnis est celeritas mibi mora **C**ui medea sic dixit
Amice carior mibi me super tuo negotio quod meuz
pprium factū est plenum iam sumpsi cōsiliuz electi
ōnis fornace recoctum ⁊ agnitum in me ipsa **H**oc er
go surgam⁹ e thalamo ut mibi et tibi copia sit habili
or exercēdi super omnia que tibi visa sunt expedire
Surgentib⁹ ipsis a thoro et vestibus ī multa celebri
tate resumptis medea suor⁹ apertis scrineis thesauro
rū multa ab illis excepit q̃ iasoni hoc ordine tradidit
conseruanda

Hec sunt que medea dedit iasoni
Primis tradidit ei imaginē quandā argenteā